



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118472**

§. 92. Parisiensis Urbs ob hostiles copias ad undecimum lapidem progressas ingenti terrore percussa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

**Sæcul. XVI**  
**A.C. 1523.**

perabat, resitendo impar suos in aciem educere non audebat, jam contentus, ut urbibus discrimini magis expositis præsidia imponeret, ac de rerum statu Regem, qui tum Lugduni agebat, quantoctius certiozem redderet.

## §. XCII.

*Parisiensis urbs ob hostiles copias ad undecimum ab ea lapidem progressas ingenti terrore percussa.*

**R**ex accepto nuncio anxiis omnino curis agitabatur; quippe hostilis exercitus jam plures Picardiæ urbes armis subjecerat, quinimo ad Oesiam flumen undecimo ab urbe Parisiensi lapide distitum processerat, nec tamen inde Rex penitus animo fractus, copias, quot quot poterat, in Picardiam transmisit, illisque Vindocinensem Ducem præfecit.

## §. XCIII.

*Hostis pedem referre a Vindocinensi compulsus.*

**A**ngli atque Germani comperto Vindocinensis adventu haud ulterius progredi statuerunt, veriti, ne hujus Ducis ac Trimollii copiis circumfusi a tergo invaderentur, quocirca Mondiderio,